



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.1. Docet nos hodie in hac muliere Dominus velut in speculo maris ænei practicam Theoriæ quam heri de ouibus suis protulit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

Et iure optimo à nobis exigit Evangelista ve-
 cam intueamur: *Ece mulier*. Imo ipse Christus
 nobis illam digito demonstrat rogans vt in il-
 lam oculos coniciamus: *Vides hanc mulierem?*
 Vultum illius considera formosum, verecundia
 coloratū, vt illi dicere liceat quod sponsa: *Quasi*
fragmen mali punici, in gena tua. Oculos pende-
 re fontes, non aquas sed gemmas Orientis sca-
 ruerentes pretiosissimas: imo sunt illis multo pre-
 tiosiores lacrymæ quas effundit vberrimas. Ma-
 ius illius myrrham distillant super pedes Do-
 mini pretiosam, dum illos vnguento tingit odo-
 rifero. Capillis suis illum ligat, vt in perpetuum
 illi fixa cohareat. Ipsa cumulus est miraculo-
 rum tam multiplici plena gratia, quam ante fecer-
 ituribus: illam etenim vt opinor Maria prædicit
 dum ait: *Babylon dilecta mea posita est mihi in*
miraculum.

Si heri Pharisæi Christum circumdederunt vt
 suis sacrilegis illum irritarent actionibus: hæc
 illum hodie circumdat, mille Christo delatura
 obsequia adeo diuina & grata, vt ipse Dominus
 ea sigillatim expendat, intendens vt nos illa quo-
 que consideremus. O arcum formosum in Ecce-
 stastico celo ruilum, quo nostra solidatur infir-
 mitas & timor expellitur: multo venustiori illo,
 quem Deus Noe dedit in misericordie suæ, &
 pacis cum peccatoribus testera securissimam:
 vnde nõ minor iure de hoc interpretamur, quod
 de illo profert Spiritus Sanctus. *Vide arcum & be-*
nedicere eum, qui fecit illum: valde speciosus est in
splendore suo. Formosissimus arcus celestibus cir-
 cumamictus splendoribus illum intueri & mille
 benedictiones atque gratiarum actiones illi im-
 petire, qui creauit illum, tuisque illum oculis
 proponit, ad solamen tuum & instructionem: vt
 tanta nos lux minime excæcet, necesse est vt
 illa nos gratia corroboret: illam igitur median-
 te celestis procuratrice postulemus, dicentes. *Aue*
Maria.

S. I. *Doces nos hodie in hac muliere Domi-*
ni vel in speculo maris auci prædicam
Theoria quam heri de ouibus suis pro-
solit.

Actæ Scripturæ studiosos monet D. Basil.
 Spiritum sanctum eiusdem auctorem adeo
 prouidum esse, quatenus illā intelligamus,
 vt quod in vna parte nobis obscure dixit verbo-
 tenus, & theoreticè, in altera manifestè dicat, &
 exemplis, & praxi, & operibus. Doctioribus nota
 libap.

est Aristotelis doctrina, nihil esse quod sic do-
 citram declaret propositam, verboque exhibi-
 tam, quam exemplum in quo completur & ope-
 re perficitur. Optimè suos instruit Mathematici
 eus, quando voce proponit, quid sit triangulum, 9. 3.
 & quales eius species ex angulis rectis & obli-
 quis: porro hæc omnia clarè manifestat, quan-
 do quod auribus instillant, oculis obicit inspi-
 ciendum, illasque species in tabula vel charta doctis
 pictas demonstrat. Bene docet magistra puel-
 lam qua ratione conficere debeat futuram ne-
 xilem siue reticulatam tot filis & bacillis, reser-
 uando tantos in hanc & tantos in alteram par-
 tem, Porro melius, id capit quando illi proponit do-
 exemplar, in quo opere ipso patet quod illi ver-
 botenus explicauit.

Hoc idem agit Spiritus ille Dei, præceptorum
 præceptor vt nos doceat: reddatque sapientes in
 eo, quod in nobis inaximè conducit: etenim aliquā-
 do nobis in SS. litteris suis verbo loquitur &
 eruditione, quid nostri sit muneris: & alias idem
 nobis opere proponit & executione: illa etenim
 praxis oculis expostita, declarat illam theoreticam
 quam auribus pridem instillauerat. Primum pro-
 missum à sponso celesti sponsæ suæ iuratum &
 primum monile in principio amoris sui illi præ-
 sentatum ad ornatum & pulchritudinem, legi-
 mus fuisse quasdam muræulas affabrè expolit-
 tas: *Muræulas aureas faciemus tibi vermiculatas*
argente. Muræula, teste Diuo Isidoro, piscis est
 oblongus instar colubri vel serpentis, qui se in-
 star circuli circumcludit: quia de causa hoc no-
 mine catenæ vocatur, quia collo circumuolu-
 tur, & nomen muræulæ, quod est diminutiui
 attribuitur carenulis, quas domicellæ de collo
 suspendunt, & ita declarat D. Hieronymus hoc
 nomen: loquens de muliere ornata, sed maxi-
 mè propriè sicut interpretantur D. Gregor. & D.
 Bernardus attribuitur inauribus; quibus aures
 perforatæ ornantur illæ sunt propriè muræulæ.
 Sponsus itaque sic sponsæ loquitur. Monile pri-
 mum tibi à me tribuendum quo te venustam
 gratatque reddas, sponsa mea muræulæ sunt
 auræ tuis auribus appendendæ non plauræ sed
 elaboratæ, & vermiculatæ argento. Sunt inau-
 tes (sic Diu. Gregorius cum Diu. Bernardo) ela-
 boratæ in modum muræularum, quibus miri-
 ficè signatur verbum Dei doctrinaque fidei, or-
 natus nostris auribus eportunus; quibus perci-
 pitur & proprio quodam modo ingreditur: et e-
 nim signum maximè securum & seruitutis indi-
 catorium apud Iudæos, expresso legis decreto, *Exo. 27. 6.*
erat, aures habere perforatas & hoc erat illius & Deus.

M m m m 3. tempo. 19. 17.

III.
 Alegoria
 de mu-
 ræulis
 aureis.
 Cant. 1. 10.
 Lib. 12. E-
 thymo. ca.
 6. & l. 19.
 cap. 3.
 Epi. 15. de
 laud. A-
 sella.
 In cap. 1.
 Cant.
 Ser. 41. in
 Cant.

temporis clausus sine S. quo fertos perpetuos inurebant.

Symbolum maxime proprium simplicitatis promptaque ad vocem Domini obedientie apud gentiles, erat muræna, si Pierio credimus; quia cum ita sit quod ad pisces, quia sub aqua vivunt, vox non penetret, nec audiant (quibus natura proinde auditum non concessit) muræna tamen aures habet adeo patulas & excitatas, ut ad vnum sibilum, quo ex litore maris illam serpens vocat eius consors de quo concipit, ilico & fulgure velocior accurrat, quam diligentissimè. Hoc præmissio perpende quam eleganter & proprio Hieroglyphico cælestis sponsus exponat doctrinam fidei suæ cælestis, diuinique verbi per inares in modum murænarum; quibus aures perforate adornantur: quia eius doctrina aures exigit ita subditas & obediētes, sicut est intellectus in captiuitatem, redactus in obsequium fidei: quia sicut talis, iuxta Apostoli dictum, hanc recipere debet doctrinam sine replica sine contradictione, atque ad illam accurrere murænae promptitudine, quam ipse Deus per psalmistam exposuit: *In auditu auris obediuit mihi.* Hic primus est cultus & ornamentum, quo cælestis sponsus sponsam animam dignatur ad aurium ornatum; diuina scilicet sua doctrina; quia primum quod Deus tribuit, doctrina est sua cælestis, qua loquitur illi, docet illam & instruit, ut ait Apost. & discursu illo mirabili illi proponit: etenim nemo negat, quin ad salutē nostram sit fides absolute necessaria: *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Ut illam assequamur requiritur verbum Dei nostris auribus instillatum. *Quomodo credent ei, quem non audierunt?*

Ps. 17. 45.

III.

Doctrina primum est sponsæ ornamentum.

Rom. 10. 20.

83 4

Ps. 147. 19

Hoc est primum monile pretij inestimabile, ipso Dauide teste, dum beneficia decantat à Deo populo suo electo, concessa dicens: dedit illi verbum suum donum adeo singulare, ut tale quid nulli tradiderit nationi: *Qui annuntiat verbum suum Iacob &c. non fecit taliter omni nationi.* Vnde Apostol. vltimè progressus, ut beneficia à Deo populo suo præstata eaque singularia commendaret, sic ait: *Quid amplius Iudæo est? Quæ plura Iudæis, quam Gentilibus Deus munera contulit? Multum per omnem modum. Primum, quia crediti sunt illis eloquia Dei.* Prærogatiuis eminentioribus Deus populum suum honorauit: etenim primo loco suam illis impertit doctrinam verboque suo diuino illos collustrauit. Prægrande beneficium. Hoc igitur primum est donatum quod illi spondet in figura inaurium velut murænarum, auribus aptissimum: atque illas

esse *Aureas vermiculatas argento.* Quis vidit in auro quidquam argento excludi? E contra vñus habet ut argentum auro decoremus, Cæleste Verbum panditur hic mysterium. Inauris seruit auditui & Dei figuræ seu figuræ vermiculatae recreant oculos. Aurum cæteris supereminet metallis, quia & Dei teis doctrina cæteras longè præcurret, ad cuius altitudinem nulla potest contingere: tanta supra reliquas est eminentiæ, quanta diuinus intellectus, ex quo procedit, creaturarum suarum intellectus superat excellentia: Porro elaborat in illa quasdam imagines argenteas, exempla scilicet: modo parabolas & similitudines, quibus utrumque testamentum abundat: nunc opera, quæ conspectui obicit animæ consideranda, ubi eius oculi nunc conspiciunt, quod ibi aures eius intellexerunt.

His omnis quæ in veteri legimus testamēto: in quo si in vna parte cælestes proponantur auditui doctrinæ: in altera diuina panduntur historiae inspicendæ, quæ oculis obiciunt, quod illa auribus propulerant, nam si hoc loco dicat auditui vt. *Auertas oculos tuos à muliere,* in illa contuendum statuit Davidem ardescētem: quia suos coniecit oculos in mulierem forma venustiorē. Quod si hic tibi dicat, ut aduersitas ab infidelis quantumlibet acerbioribus, tuam in Deum fiduciam spernere conicias: ibi Susannam tibi proponit illis circumcinctam; quæ ne puncto quidem à fiducia suæ constantia decessit. Quod tibi ad autem prædicat, ut pauperes benignus excipias, quia Deus à dextera adhiit pauperis: Hoc oculis exhibet in pauperibus Abraham: etenim sibi persuadens veros se suscipere pauperes, ipsum Deum in Angelis suis peregrinum largo suscepit hospitio.

Idem in nouo testamento potius considerandum docet Saluator noster verbo prædicationis diuites adstringi ad eleemosynam, erogationem sub pœna condemnationis & animæ perditionis: pauperes autem suas patienter debere tolerare necessitates, ut in paupertate sua saluentur. Ita nonnulli rudiores hanc minimè capiebant doctrinam, ut quia avari erant, illam exhiberent: sic habet Euangelium: *Deridebant eum Pharisei, qui erant auari.* Illico Dominus doctrinam hanc excludit & figurat efformat illis seu historiam diuitis Epulonis, qui in æternum perit ob denegatum pauperi subdium ad ianuam illius accedenti: similiter & Lazari egestate confecti: hic enim ob patientiæ meritum quo seas modestè tulit arumnas & vulnera, perpetuum adeptus est beatitudinem. Eleganter Christus asseruit.

V.
In veteri & nouo testamēto probatur.
Ecclesi.
9. 8.

differunt ostendens nobis præcisè necessarium, vt infirmos sponsi expectemus aduentum, & bonorum spiritualium cõmuni iocis iudemus. Has in aures parabolis exornat decem Virginum, quarum quinque prudentes laudantur, & alie quinque fatuæ vituperantur, & famulorum, quorum nonnulli diligentes, alij in negotiando foecodes extiterunt: ostendens loitem illorum optimam & aliorum pessimam: illa namque figuræ oculis obijciunt, quor aures verba significarant. Hoc idem significat labrum illud aquis regurgitans limpidissimis, ex Dei præcepto in tabernaculo constitutum, & ministris suis in lauacrum: nam decreuit vt circumdaretur speculis eorum oculis expolis qui in eo se lauabant: *Fecit labrum æneum cum basi sua de speculis mulierum, qua extubabant in ostio tabernaculi.*

VII.
Allegoria
de labro
æneo.

Ecc. 38.3.

Communis habet Hebræorum opinio, quod multæ mulieres quæ prius mundi vanitatibus impudicæ semierant ad Deum & meliora conversæ mansionem in tabernaculo eligerent sibi ordinariam, sicut postmodum sanctissima Anna in templo, cui sua consecrabant ornamenta, præsertim specula, vt pote quibus ad corporis vultusque compositionem vsæ fuerant. Ex illis præcepit Deus multa circumeica labri appendi. Doctrina Dei aqua dicitur nostris maculis culpisque eluendis mundissima: *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus vestris.* Sic Deus per Ezechielem: *Mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.* Ita Christus discipulis suis. Ex illis aquis labrum diuinæ Scripturæ, & doctrinæ componitur Evangelicæ, quod singulari consilio dicitur æneum. Primum ob firmitatem suam & stabilitatem, secundo quia ex sententia sapientum, æs honoram deuorat sapientiam quæ per totum circumquaque mundum extenditur. Ita notat D. Hieron. rationem allegans cur Deus Græcos sub figura æris denotauerit in statua Nabuchodonosor: *Æs est vocalissimum, ex illo constabant campanæ, cymbala, & tubæ.*

Ecc. 36.
25.
Ier. 15.3.

In cap. 2.
Dan.

Psal. 18.5.

Idcirco per hanc figurâ doctrina proponitur Euang. quâ ad maiorem eius expressionem, Salomon postmodum vocauit mare æneum, superque duodecim boues æneas constituit ad quatuor mundi partes delinatas, significans diuinâ hanc & celestem doctrinam, quam duodecim Apostoli per quatuor mundi cardines essent prædicaturi, patris sui Dauid complens oraculum. *In omnem terrâ exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.* Ceterum noluit in sola aqua consistere: sed in super oculis nostris circumquaque specula proponit, intelligo historias, figuras,

& parabolâ in quibus hanc videamus doctrinam exercitâ & impletam operibus.

Heri doctissimus omnium magister doctrinam nobis proposuit sublimam in materia diuinæ suæ & æternæ prædestinationis, & nobis conditio-
VIII.
nam nobis proposuit sublimam in materia di-
uinæ suæ & æternæ prædestinationis, & nobis conditio-
verbis indicauit signa ex quibus aliquo modo nes omni
liceat conijcere quinam sint de numero præde-
Christi
stinatorum, de quibus locutus est sub figura o- in Mag-
dalenâ.
nium suarum, nobisque dixit earum conditio-
nes esse quinque quas in medium adduxit. Pri-
ma: quod audiant vocem eius: secunda: quod il-
lum sequantur: tertia: quod in manibus eius firmæ
sint, in quibus ita fortiter eas custodit vt non sit
qui eripiat. Quarta: quod illis det vitam æternâ
per eminentem quandam gratiam, qua nunc po-
tuntur, & gloriæ possident principium: tandem,
quod non peribunt in æternum, & si in peccatis
cecidissent, in eo minime perseverabunt. Nota
est hæc doctrina, quam licet heri verbo declarauimus,
nobis conueniebat exemplum in quo huius
theoriæ praxim attenderemus: hoc nobis hodie
Dominus in suo proponit Evangelio, & super
hanc doctrinam aures nostras intinctam
in conspectum profert vermiculatam figuram
cuiusdam mulieris, ovis suæ, in qua nobis ad o-
culum exponit, qualiter vocem illius audiuerit,
illum secuta fuerit, diuinis eius in manibus se-
cura, quam nemo potuerit illis euellere, & quali-
ter illi gratiam infuderit, pacisque principium,
qua in gloria sancti perfruuntur, eamque saluam
& incolumem in æternum reddiderit.

§. 2. Similiter in hac muliere nobis exponitur
in praxi theoricæ materia De poenitentia,
paterq; illud de Psalterio, *Nox nocti indi-
cat scientiam.*

N Edum nobis prædicta declaratur theoria
de ovis Christi, sed etiam illa in ma-
teria de poenitentia quam crebro Domi-
nus propulerat, cum videret diuinâ eius boni-
tas peccatores anxios, & criminum suorum op-
pressos oneribus, iis fatigatos atque in anima &
conscientia doloribus vexatos non tolerandos, de
quibus heri; illis ait eorum in hoc consistere re-
medium, si ad illum humili corde & contito
conueniant, protektatus, quod in sinum eos re-
cepturus esset misericordiæ, tota qua posset pie-
tate clementissimus, eorum onera alleviaret, imo
tolleret, & illius iugum in se recipientes quiete dona-
ret perfectissima. *Venite ad me omnes, qui laboratis* Matth. 11.
& *onerati estis & ego reficiam vos. Tollite iugum meum* 23.
super